



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Medit. I. De gloria & cultu Beatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

et magnitudo gloriae ab ipsis obtentæ, & beneficia nobis ab illis exhibita accuratiū perpendantur, ut sequentes tres meditationes docebunt.

Tessera:

Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sœcula sæculorum laudabunt te. Psal. 83.

M E D I T A T I O I.

DE GLORIA ET CVLTV BEATORVM.

Præludium primum est, contemplari cælum apertum, locum amenissimum, & amplissimum, in quo omnes Sancti Sole ipso clarius fulgentes, & DEVM totis viribus laudantes videantur, & audiantur.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut & ipse magnitudinem gloriae hujus agnosceret, atque ad eandem aspirare, & alios quam plurimos ad ipsam quærendam allicere queas.

Punctum I.

Considera I. In quo consistat gloria Beatorum, videlicet in perpetua & perfectissima laude & amore DEI; & quod inde loquar in omni mali absentia (nam, ut S. Joannes Apoc. 11. sit, absterget DEVS omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor ultra, quia prima abierunt; Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. In omni boni presentia iuxta ipsum DEI testimonium Exod. 33. dicentis: Ego ostendam omne bonum tibi. Et omnis gaudij in desinenda; sic enim Christus ipse Joan. 16. dixit: Gaudet cor vestrum, Et gaudium vestrum nemo tolleret a vobis.

Considera II. Quam magna sit haec felicitas & Beatitudo, in utrècte dixerit S. Paulus 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit DEVS ipsi, qui diligunt illum. Et in eundem sensum S. Augustinus 22. de jejun. pronuntiariit: Quod DEVS preparavit diligenter se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur; acquiri potest, estimari non potest.

Con-

Considera III. Quām æquum proinde sit, ut & ~~San~~  
omnibus velut commembbris, Amicis, & Patronis tuis gloriā  
& felicitatem hanc suam ex animo gratuleris, & ad ea  
dem olim assequendam toto pectore aspires, dicens cum  
Davide Psal. 83. Quām dilecta tabernacula tua, Domus  
virtutum: Concupiscit, & deficit anima mea in atriali-  
mini. Cūm, ut S. Augustinus ad Dioſc. ait, tanto illud, quod  
valde magnum est (quod nec oculus vidit, quia non eli-  
tor; nec auris audivit, quia non est sonus: nec in cor hu-  
nis ascendit, quia cor hominis debet illuc ascendere) <sup>se</sup> fide-  
mus capacius, quanto illud & fidelius, credimus, & fe-  
mīus firmius, & desideramus ardentiūs. Colloquium ad  
Patronos.

## Punctum II.

Considera I. Quibus medijs ad tantam felicitatem  
venerint Beati, tribus videlicet 1. Abstinendo à peccatis  
juxta Psal. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo  
qui ingreditur sine macula, & operatus iustitiam. 2. In  
tiendo: hinc enim Ecclesia canit: Omnes Sancti, quae  
passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmarum No-  
tyry & felicitatis æternæ. 3. Agendo: nam, ut Christus  
dixit Matt. 7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine  
intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem  
tuis mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Considera II. Quād efficacia sint hæc media ad dicendam felicitatem obtinendam, ut quæ ipse jam olim S. Davidus 33. suaserit dicens: *Quis est homo, qui vult vitam, diligenter dies videre bonos? declina à malo, & fac bonum, in qua pacem (quæ, ut Thomas Kemp. l. 3. c. 25. ait, erit in memerito triplex proportionatum præmium respondet, nemabstinentia & omnis boni præsenta: patientia omnis mali ab- sentia: Actioni momentanea, omnis gaudij indefinitio-*

Considera III. Quām promptē proin hæc media non  
dō ipse atripere, sed etiam, ut alij curæ tuæ commissi arr  
ant, procurare debeas, cùmque in finem, illam tibi pīj as  
thoris l.3.c 47. sententiam applicare: *Fili, non te frangas*  
*labores, quos assumpsisti propter me: nec tribulationes te*  
*gredies.*

& Sancti  
s tuis g  
i & ad ea  
cens cum i  
, Domini  
atriab-  
illud, qui  
non en-  
cor ben-  
ere san-  
, Spec-  
ium al-  
earem pe-  
à peccat-  
aculatu-  
s, 2. 5.  
, quan-  
nam Ma-  
ut Chri-  
, Domini  
tatem po-  
alorum  
ad dicin-  
David I.  
m, dilig-  
, in qua-  
et immo-  
splici un-  
er, nem-  
s malici-  
nentia,  
e non me-  
liari atque  
pij de-  
frangar-  
nes te de-  
gesci

uent usque quaque, sed mea promissio te in omni eventu ro-  
heit, & consolatur. Age, quod agis, fideliter labora in vi-  
tua, sustine viriliter contraria; digna est his omnibus  
& majoribus pralitis vita aeterna. Colloquium ad B. Vir-  
giinem;

## Punctum III.

Considera I. Quam æquum sit, ut Sanctos omnes in can-  
tagloria constitutos, summo honore & cultu prosequaris;  
enim etiam in hac vita eos, qui vel singulari Sanctitate, vel  
Sapientia, vel potentia & beneficentia praediti sunt, tanto pe-  
re estimare, & colere, & amare solemus, quanto magis simi-  
lenti entum & amorem Sanctis, qui in praedictis donis o-  
mnes homines longissime superant, exhiberi decet.

Considera II. Quas speciales causas tu habetas ad hos San-  
ctos tibi demerendos, cum enim ex una parte copiosa tibi ad  
vocationis executionem gratia sit necessaria; ex altera parte  
vero plures, tibi per Pastoris officium hostes & Adversarios  
conciliis, an non merito eorum tibi Patrocinium (ut desi-  
deratam gratiam abundantiam multiplicatis Intercessoribus  
impertas) & Præsidium (ut dicere tibi ipsi cum Eliseo pos-  
su: Noli timere, plures enim pro nobis stant, quam contra  
nos) obtinere conaberis?

Considera III. Quibus potissimum obsequijs eos colere,  
& demereri velis. Nimirum 1. Eosdem laudando, de gloria  
granulando, eamque pro viribus promovendo; sed & varia  
obsequia in eorum honorem praestando; sic enim S. David  
Ps. 150. suscit dicens: Laudate Dominum in Sanctis ejus.  
2. Invocando in necessitatibus; de illis enim quem dici po-  
test, quod S. Bernardus de SS. Angelis Custodibus dixit:  
Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt; tantum adhe-  
reamus illis, & in protectione DEI cali commorabimur. 3.  
Imitando, maximè in laudando & amando DEO, nam San-  
ctorum est cultus pulcherrimus optima vita, quia hic cultus  
parissimus est, id est, ab omni nævo liber: amplissimus, ut  
potest omnia vita totius opera complectens: perpetuus, quia  
diu, noctuque non interrupitur. Unde merito Sacerdos de  
hac imitatione sibi applicare debet salutarem S. Ildephonsi  
et. 1. de Assumpt. admonitionem: Imitamini Matrem Vir-  
gine m,

ginem, & Santos omnes, quos laudatis, quoniam non tantum illis prodest nostra laudatio, quam nobis eorum imitatio. Vnde Sponsus magis placet imitator devotus, quam laudator otiosus; tamen vera laudatio cordis imitatio est operis. Vide ergo, quomodo haec obsequia hactenus praestiteris, & praeceps deinceps velis. Colloquium ad Christum.

## M E D I T A T I O II.

## DE GLORIA ET CVLTV B. VIRGINIS

Præludium primum est, B. Virginem super omnes Sanctas elevatam, & à SS. Trinitate coronatam intueri, prout per sim in imaginibus cernitur.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut dignitatem & gloriam hujus SS. Virginis clarè cognoscere, eamque par est, venerari & amare possis.

## Punctum I.

Considera I. Ad quantam gloriam SS. Virgo à DEO elevata, si enim mensura gloriæ respondet gratia mensura gratia verò B. Virginis in primo instanti Conceptionis major fuit, quam omnium Hominum & Angelorum simul spectorum, eaque singulis momentis duplicata fuit ( ut P. Francisco Suarez fusè probavit, idque sibi gratum fuisse, eadem per P. Martinum Gutierrez eadem SS. Virgo significavit ) quis comprehendere poterit magnitudinem gratiae, que adeò etiam gloriæ ab eadem obtentæ? ut adeò mereor eidem applicetur illud Prov. 30. *Multa Filia (seu Sancta) congregaverunt divitias, tu supergressa es universa.*

Considera II. Si æquissimum videtur, ut alij Sancti ppter Sapientiam, Dignitatem, & Sanctitatem singulari hedio colantur, & amentur, quanto majori cultu & amore habet SS. DEI Matrem, quæ omnes Santos etiam simul summa longissimè suis dotibus superat, prosequi debeas; maxime cum ipsa Ecclesia cum Theologis suis exemplo præcedendum eidem speciale Hyperdulie cultum attribuas.

Considera III. Quomodo hactenus tu quoad hunc cultum & amorem te gesseris, & gerere deinceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.